



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Martinus Ep. 11. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

## S. MARTINUS EP. II. Novembris.

**E**Xistimaverat MARTINUS Neophytus etiamnum, mediâ chlamyde suâ mediûm pauperem utcumque se tenuisse; sed insequenti nocte totum eâ se vestisse Christum vidit. Pont. Turonensis Divorum aspectu atque adeo familiaritate, cali præsertim Regina, inter Theclæ & Agnetis comitatum, jucundissimè perfruebatur. Bonorum Angelorum manu palam adjutus, malorum fana & simulacra subruit. Quanti Sacerdotii majestatem faceret, tunc ostendit, cum eam Imperatoris antehabuit, primumque in epulo poculum præbens non Imp. Maximo, sed Sacerdoti suo porrexit. Quin ipsam Imperatricem famulam ad mensam habuit, & tum hæc se basilicè vixisse putavit, cum micis, quas reliquas fecit MARTINUS, veli potuit. Orci præstigiatorum, qui Christum ementitus, cætera habitu regio illi se obtulit, ita delusum dimisit, ut diceret, alium nullum Christum se nosse, præter crucifixum. Venienti ad se cum Imp. Valentinianus assurgere negligeret, facere hoc assurgens e sede flamma coegit. Extremum æger in fugam iterum demonem malum egit, uti lubens moriturus, ita ad majores labores, si Numini placeret, porro victurus. Sed placuit

12. Ne  
huic  
menti  
re. C  
nisi c  
hoc c  
Sulp  
Ecc  
in ext  
Quod  
nini  
demon  
indig  
impen  
S. Gr  
S. C  
UT  
& q  
bean  
pore  
e C  
dolet  
indo  
certa  
Mec  
ultim  
demon  
suor  
quia  
aut  
ecce

huic MARTINUM inter beatarum mentium plausus cantusque ad se evocare. Conditionis tamen suæ memor, non nisi cineri incubans mori voluit. At ex hoc cinere suus cælo Phoenix prodiit. Ex Sulp.

*Ecce Redemptori minime sufficit, quod in extremo iudicio dicturum se perhibuit. Quod fecistis unum de fratribus his meis minimis, mihi fecistis; nisi & ante iudicium demonstraret, quæ quisque nunc bona opera indigentibus exhibet, ei hac specialiter impendi, cuius hac amore exhibuerit.*  
S. Greg. hom. 39.

S. CUNIBERTUS EP. 12. Novembris.

Utrumque CUNIBERTUS, & qui adolescens rapere in se oculos possit, & quid amare oculi in adolescente debeant, docebit. Nam si è pulchro corpore gratior venit virtus, gratissima è CUNIBERTO venit necesse est, adolescentulo, in quo & forma rara, & indoles elegans, & mores suavissimi certamen de palmâ videntur suscepisse. Mequidem iudice his omnibus imperavit ultima in generoso adolescente animi demissio, quâ nobilissimus æqualium suorum foscus ad infima etiam obsequia descendere non erubuit, neque jam aut calceos purgare, aut purgatos inducere aliis abhorruit. Talis facile regis

Y. 2

Da